Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6987
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Folio 13

Frange illi ossa et mitte in fossam tuam
iocare secum de morte eius. Salomon
Sapiens mulier edificat domum suam insipi
ens vero extructam destruet manibus
Mar. Olla bona decocta melius dura et et
qui merdam distemperat merda bibit.
Salom. Mulier timens deum ipsa laudabitur
Mar. Cattus cum bona pelle ipse exercita
bitur. Salom. Mulier pudica est multum
amanda. Mar. Vacca lac datum est
pauperi retinenda. Salom. Mulierem fortem
quis inveniet. Mar. Et cattum sine lac
fidelem quis inveniet. Salom. Mulierem
Mar. et mulierem raro. Salom. Mulier bene
formata et honesta retinenda est sup
desiderabilia bona. Mar. Mulier pingues
et grossa est largior in dando missa. Salom.
Subtrahe pedem tuum a muliere litigiosa
Mar. Subtrahe nasum tuum a culo vustoso
Salom. Bene decet album pepulum in capite
pulcre mulieris. Mar. Septum est ibi bre
ue. Noon est talis pellicia quales man
te. Sub alto pepulo sepe latet timea q
seminat iniquitatem metet mala ul'mi
seriam. Salom. Qui stat videat ne ca
dat. Mar. Qui offendit pedem videt ad
lapidem. Salom. Doctrina et sapientia